

Oratio de Expeditione Bulionea
in terram sanctam.

Nuper adeo, in secunda parte orationis Isocratis scripto
ad philippum locum explicans continentem gravissima
argumenta, quibus persuadere conatur orator sapien-
tissimus regi potentissimi, ut consilijs de oppressione Grae-
ciae abiectis, opibus illis suis & oratorum virtute ad
Monarchiae Persicae libertati Graecorum intensissima cur-
sionem uteretur: in ista igitur scholastica rationum arti-
fiosissimi exegitarum enarratione non potui non menti-
onem facere laudatissima Expeditionis Hierosolymitanae:
quae suscepta est Henrici quarti temporibus contra nomi-
nis Christiani hostis ductu auspicio illustrissimi &
fortissimi ducis Godofridi Bulionii: admonitus quor-
diano & nostrae scholae per se sonificio conspectu eorum
principum, quos ex gente illa antiquissima originem suam
durre audis. Quia autem me tum breviter Expedij
temporis ratione habita, accuratius post lectionem de
sac ipsa Expeditione cogitans, statui dignam esse or-
ationem, quae diligentia studio nostri elaboraretur, ac Vir-
bis si non elegantibus, attem latinis composita recita-
retur, ut mirum discipulj meo exemplo ad horum expo-
sitionum frequentationem inuitarentur, simul etiam a pro-
ceptionibus Rhetoricis ad illustrium exemplorum non tantum
exemplorum Verum etiam domesticorum deducerentur. Nam
aliijs eruditioribus, quos adesse video, non multum utilita-
tis attulerit nostra oratio: quod si quid Voluptatis inde
perceperint, hoc ego in lucro posuero. Sed ne longis Expedij
ambagibus attentioni officiam, rem ipsam aggrediar, ac
primo de occasione istius Expeditionis & eventu verba faciam:
deinde de quaestione aliquotq; ab hoc argumento non
abhorrentibus, imo ex ipso quasi promanantibus breviter
disseram. A Vobis illustres, Reverendj, amplissimi & cla-
rissimi virj, humanissimi & optimarum artium studiosissi-
mi adolescentes maiorem in modum peto, ut eandem ad
me audiendum benevolentiam afforatis, qua superiores
meas declamatiunculas nec verbis splendidas, nec pru-
dentia plenas audiistis. Ac ut ad occasionem ordine
perueniam, paulo altius quaedam repetenda sunt, ita
tamen ut ne quid alieni admisceatur, quod a proposito
nimis remotum sit. Pontificis Romani cum suppositi-
tionem suam armis opulentissimorum regum & principum
confirmatam ac singulari idolomania accessione multipli-

|| confidatorem